





* ex Bibliotheca de cibis. Viteberg. 1710.
* Prudentia Thoreea Semper. Viteberg. 1590.
* Lep. Bo. Chirurg. Gall. Hung.
7. P. M. sebast. kochmayeri. Viteberg.
ex 2. Reg. II. Viteb. 1627.
+ Diesel. ear. de Chirurg. Wickmannshausen.

* ex Ecclesiast. XII. 1 — 7.
+ ex Ps. LXVIII. 25:26
Ex Ps. XCIX. 6.

eingezetet 17. III. 1915.



29 ee) 31.
28

DUBIORUM PHILOLO-
GICORUM
Ex E S A I A
SELECTORUM
TRIAS,

Quam
D E O A U S P I C E ,
Consensu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ
in Celeberrima Universitate Wittebergensi,

P R A E S I D E
V I R O Nobiliss. Amplissimo ac Excellentissimo
DN. AUGUSTO PFEIFFERO,

Lingg. SS. & Orientalium Prof. P. Extraord.
longè Clarissimo,

*D N. Præceptore & Fautore omni observantiae
cultu prosequendo*

Publicæ ventilationi exponet

*D. 16. Aprilis
In Auditorio Maj.*

JOHANNES SCHRÖDERUS,
ROSTOCHIENSIS.

Ex Offic. Typogr. MICHAELIS WENDE/
ANNO M. DC. LXX.



יְהוָה הַאֲרוֹן
עַמִּים :

DUBIUM PRIMUM.

Quomodo Es. VIII. verba versus 20. ultima
אשר אין לו (שָׁחַר) cum præcedentibus cohæreant?

§. 1.

Non excedemus orbitas Philologi, nec immittemus falcem nostram in messem Theologorum, quam hic exhibuit largissimi Theologus πόλλων αὐτάριστος ἄλλων B. D. Job. Georg. Dorscheus in Disputatione super hunc locum de infallibili veritatis divinae testimonio, quæ in Pentadecade prima est. Nunc modò dispicere lubet, quis nam sit verus ultimorum verborum cum præcedentibus nexus & sensus Grammaticus?

§. 2. Ubi ante omnia sciendum est quosdam τὸν referre ad rem vel doctrinam, alias ad personam. Ex illis primo loco nominandi videntur LXX. Seniores quorum hoc interpretamentum est: νόμον γέδεις θεοί θεατέων εἰπωσιν ψηφίσας τὸν ματθαῖον, τοῦτον εἶναι διηγεῖσθαι τῷ αὐτῷ i. e. Legem enim in adjutorium dedit, ut dicant non sicut verbum hoc, pro quo non est munera dare. Cujus versionis subobscuræ B. Hieronymus Comm. in Es. hanc censuit esse sententiam: Deus Iudeis legem in adjutorium dedit, adeò ut non dicant gentes ad sua oracula fugientes sicut verbum hoc, quod adjutorii loco Iudeis datum est, quod verbum cum gratis datum sit, gratis accipendum est, nec licet pro eo munera offerre. Eadem versioni suas commentationes superstruxere Origenes Hom. 7. in Es. p. 108. Cyrillus Alexandrinus h. l. p. 106. Basilius M. T. 4. Op. Com. in Es. p. 445. Interim quid senserint LXX. nec ne, quid ve eos ad istam versionem moverit, nostrum non est pronunciare, id tantum scimus, eos à fonte aberrasse.

A Qvod

Qvod si pro שָׁחַר acceperint, lusciosos inventendo
fuisse oportet. Nec infreqvens haec ipsorum αἴθλεψία est,
uti ostendit Hottingerusthes. Phil. l. i. c. 3. f. 3. qv. 15. In eo-
rum tamen vestigia pedes incauti posuere Syrus &
Arabs. Ille vertit: נאמרון איר מרתא
לְנִמּוֹסָא וְלְסִחרוֹתָא רְלָא נָאָמְרוֹן אֵיר מָרְתָא :
h. e. Ad legem עֲדַת testimonium, ne dicant juxta sermonem istum, pro quo non est offerre
munus. En ipsum pro שָׁחַר ! Arabis translatio in
Opere Anglicano ita redditur: Nam legem dedit eis in auxilium,
quo minus dicerent, Nihil par est huic sermoni, pro quo nullum
par munus offerri potest. Qui autem Graeca simul & Ara-
bica intelligit, videbit Arabem κατὰ πόδα τὰς ὁ secutum
esse.

S. 3. Porro ad doctrinam Pythonicam אשר לו ב' referunt
aliás Judæi propemodum omnes. Et sic non pauci ver-
bis seqventibusve jurandi vim in esse pu-
tant. Ita R. Dav. Kimchi ad b. I. שבועה / שבועה / כמו
כארט האמרו בתורה ויהי קך וכך / וכן אם לא שבועה / כמו
אם לא שוותי ורוממתי / וחרומים להם / יאמרו אלה שאם /
וזו יאמרו אליכם / תרעו באמת כי כן יאמרו אליכם כדבר זה
אשר אמרתי והוא דבר אשר אין לו שחר / פירוש אורות כלו / אין
لتורה להם שום טעם ורבך חשך ואפל הויא.
i.e. Verba continent juramentum, uticum homo ait: Per legem erit
sic vel sic! Ita עֲדַת vocula juramentum inferunt, sicut illic
Ps. 131. 2. Si non composui & sedavi &c. in גְּזֶב locis similibus.
Scilicet dicent, quos innui; cum גְּזֶב dixerint ad vos, sciatis revera,
quod ita dicturi sint juxta verbum hoc, quod dixi, nimimum ver-
bum, cui non est aurora, i.e. lux, q.d. non est eorum verbis quic-
quam sensus, ut pote obscuris & caliginosis. Non dissentit R.
Sal. ben Melech b. I. neq; rejicit istam glossam Don Isaac
Abravanel, cuius Comm. ad b. I. f. 22. c. 3. circamed. haec ver-
ba sunt: זְאַבְרָהָן בֶּן מְלֵךְ לְפָנֵי שְׁבֻעָה
ושבעה נבואה שלמה יאמרו להם האות / וחוידונם שוכר
כיו אם דבר שאין לו שחר ולא אור לפיו שהקוסמיים לא יאמרו
דבר

רבר ביר לן אָמֵן צלמות ולא טוֹלוּבֶת ומאמוּת מטומקִים
ומאמר אם לא הוא מעין שבוע/ כמו אם לא שוייר ורוממתו
להתורה *i. e.* Potest \mathfrak{G} illud *i. e.* \mathfrak{G} illud לא באשר רמייתן הנותן
accipi per modum juramenti, ut juret Propheta, quod
non dicturi sint illis Pythones \mathfrak{G} Arioli, quos commemoraverat,
nisi id cui non est aurora neg \mathfrak{G} lux, quoniam divini non loquuntur
verba perspicua, sed meras tenebras \mathfrak{G} atau \mathfrak{G} ias sermones q \mathfrak{G} ambiguo s . Cœterum dictiones \mathfrak{G} illud לא juramenti esse patet è Ps. 131.
2. \mathfrak{G} Es. 14. 24. Ex Ebræis idem hausit Fr. Vatablus in notis
b.l. Vel per legem \mathfrak{G} testimonium: si non dicturi sint talia quibus
non est sensus communis. i.e. Tam verum est fore, ut aliqui populo
consultant divinos, quam vera est lex: dispere amq \mathfrak{G} (apage
verò ejusmodi formulas: ενας ενας ἐσε Βέβηλοι) nisi futuri
sint aliqui in populo DEI tam stolidi, ut aliquos sint hortaturi ad
consultendum divinos, quae res sensu communicaret. Ita Pagni-
nus: Per legem ipsam \mathfrak{G} ad testificationem Deum testor, si non di-
cturi sunt juxta verbum hoc de requirendis mortuis, in quo tamen
nec tantillum est lucis. Quibus addatur Marc. Marinus in ar-
ca Noe.

§. 4. At R. Abr. Aben Ezra illud commentum rejicit &
להתורה exponit Propter. Verba ejus sunt:
ולתעודה הלך כמו אמרו לי אחיו הוא בעבו/ תורה הנבואה כי
שוד יאטרו כרבב הזה לא נשמע כי הוא קלילה שאין לו שחר
זההTEM לא תצא תעלום/לאור/ ויש אמרו כי טעם ליתנו רה
להתורה h.e. &c. Lamed
accipitur hic, uti Gen. 20.13. Dic mei gratia, frater meus est,
b.m. Propter doctrinam Prophetie, si porro dixerint juxta ver-
bum hoc, non audiemus, quia est instar noctis, cui non est aurora,
i.e. non producit abscondita in lucem. Quidam ajunt ha-
bere sensum juramenti, at hujusmodi jurandi formulam in tota
SSa. non vidimus. Rectissime, quod ad posterius. Nec n.
quisquam produxit locum, ubi ל sic particula jurandi.

A 3

Conf.



Conf. & Hakspanius Not. P. II. p. 563. Nec tamen AbenEsra
citatus locus nostro est similis. Alii vertunt: *De me*. Si
exponas: *Meigratiā, sage mir zu Gefallen/phrasis personā,*
non rei convenit.

§. 5. Sunt & qui לֹא ad doctrinam referant, & אֵם לא
divellant à seqventibus vertantq; sin minus, quasi sit con-
cessio indignantis & disperantis hoc sensu: Legem & Testi-
monium consulunto; sin minus, dicant secundum verbum istud,
cui non est aurora q.d. credant illi suo damno, qvia sic vo-
lunt. In hanc sententiam exponunt Piscator b.l. B.D. Glas-
sius Phil. sacr. p. 1217. & Sixt. Amama Antib. l. 4. p. 635. Castalio
exponit alioqvin h. m. Alioqvin ea dicent illi, in qvibus
nibilerit aurore. At hos vel sola accentuatio refellit. Cum
enim אֵם לא נ habeat Ministrum Mapach (non Jetif ספְּנָחַ
אֲסָלִיכָּוּן juxta τὸν δένα) à seqventibg in sensu divelli neqvit.

§. 6. Alii אֵם לא capiunt interrogativę pro.
לא תדרשו אל האבו זאל הדרעונים. Ita Abravanel exponit:
אבל דרשׁו לתורה זלה תורה שלא יחסר כל בה ואם תשמעו אבל
המצפאים והמהנים והמשיתים והמדיחי/ החם האם לא יאמרו
לכם כרבר הזה אשר זכרתי שאין לו שחר ולא אור כי הוא רב בר
אבל וחשך ורמו למן שהוא אומרם ודרשו אל האבו זאל
i.e. Ne requiratis Pythones atq; Ariolos, verum requiri-
rite legem & testimonium. Qvod si u. aures substringatis illis pi-
pionibus & musitantibus & impostoribus & seductoribus, annon
vobis loquuntur juxta tenorem verborum, qvę commemoravi, cui
non est aurora neq; lux, nam oratio talis solet esse Tenebricosa &
obscura. Innuit qvos sine dicant: Requirite Pythones & ariolos,
sc. animo seducendi. Abendana sic:
האנשים המצפאים והמהנים רשו אל האבו זאו ל תורה
ולתורה ררוש אשר לא יחסר כל בה האם לא יאמרו לכם כרבר
Et si dixerint ad vos homines illi
pipientes & mussantes, Requirite Pythones & ariolos &c. vos
legem



legem & testimonium requirite, cui nibil deest, annon dicant (dicent) vobis juxta tenorem verborum memoratum, cui non est aurora. Operæ pretium fecissent, si loca ostendissent, ubi אֵם לא inchoet questionem.

§. 7. Porro, qui verba אֵין לו שחר ad personam referunt, nec ipsi idem sentiunt. Quidam censem respici ad Deastrum. Ita Midras citantibus Raschi & Kimchio h.l. אֵין לו שחר על עצמו אֵין מורה ארץ השחר شهر עיניהם לו ולא יראה ואך יורייח על אחריות Seipsum non illuminat aurora, nam oculos habet, & non videt, qui illustraret alios? Huc reducunt illam Jonathani versionem: כרין תימרון להונן לאוריתא ראותה בת לנא ולסחרו: אנחנו אשמעון אלא הגלון לבני עמייאו יומרנו לכהן כפתגמא הרון. Qvam sic praecunte Aria Angli reddunt: Sic dicetis eis: Legem, quæ data est nobis in testimonium, audivimus. Nisi transmigraveritis inter populos & dixerint vobis juxta verbum hoc: jam non erit ei, qui manè surgat & requirat illud. Folia Sibyllæ audivimus. Jonathæ hic sensus esse videtur: Ita dicetis illis: Ad legem quæ nobis data est & ad testimonium nos attendimus. Sed deportabimini inter populos dicent quod vobis juxta verbum hoc, tum non par est ut ullus exceptat aut requirat illud. Cœterum Raschi ad Deastrum hoc להורה ולחכורה / זו תהא תשובה / שתשמרו modo refert: את התורה/ כמה שנ/ למעלה צור תורה חתום תורה ולא תאמין לרברוחם אפס לא יאמרו כרב הרזה אשר אֵין לו שחר/ מאחר שתשיבו לו תשובה זו תראו ותשמעו אפס לא יהוו מורי/ כשרוי/ שבhem לרבויכם ויאמרו כרב הרזה אמרת' אשר אֵין לו לאלו זה אוב זירעוני שום שחר אין ראי לשחר פניו כן תי h.e. Ad legem & testimonium. Ista nimurum erit responsio vestra, quod custodiatis legem, quomodo supra dictum erat v. 16. Ligat testimonium, ob signa legem, negat credatis verbis ipsorum, si non dicant juxta verbum hoc quod ei non est aurora: i.e. ex quo regesseritis hoc responsum, videbitis & audieris, annon appro-

baturi sint cordationes eorum verba vestra & dicturi in hanc sententiam, verum est, quod non sit eis. Deo Pythonis & arioli quicquam **שׁׂר** s. non sit aequaliter requirere faciem ejus, juxta Targumistam. Sed quām coacta hæc sint, apparet.

§. 8. Rectius adeos referes, qui ad Pythones remittabantur, cum B. Hieronymo b. l. B. Lutheru b. l. T. 3. Jen. Lat. f. 315. Franc. Forerio b. l. p. 143. Hectore Pinto Lusit. p. 62. Gasp. Sanctio p. 106. & 115. Henr. Mollero f. 89. Magn. D. D. Calovio Antigrot. b. l. Coll. 5. D. 2. D. Wasmutho Vind. Ebr. p. 2. p. 242. & aliis. Videtur ergo hic esse nexus verborum: **אֶל תְּוֹרָה** i. e. **אֶל** **תְּוֹרָה** **אַל** **תְּוֹרָה** **אֶל** legem & ad testimonium! (huc accedant, recurrent, revocentur, quotquot ad Pythones remittunt vel remittuntur) **לֹא** **נִזְמָן** nisi dixerint (ii, quorum prædicatum v. 19. erat) juxta verbum hoc (sc. lege & testimonio comprehensum. Hic est Dominus Sakefkaton faciens in sensu majus **אֲגִינָעָה**, itaq ad commodiorem declarationem seqventium ellipsis concedenda, qualis versu præcedente occurrit: Si dixerint ad eos: Requirite Pythones &c. dicite, vel, respondete, **An**non populus Deum suum requirat &c. Ita hic eodem modo supplere malimus: Dicite vel respondete, quām vel hoc ideo fit, hoc inde est, cum Zach. Ursino, vers. Anglicā & Hispanicā: vel Sciatis, cum Diodoto (cujus hæc est versio: Alla legge & alla testimonianza: se alcuno non parlerà secondo qu'esta parola (sappiatte) che non (y' è) per lui alcuna aurora) vel vivit Dominus, cum nonnemine ap. D. Dorscheum pag. 41. vel etiam **אֲשֶׁר** dicere pleonasticon aut asseverativum cum Mollero) **נִזְמָן** quod non erit **לֵל** illi (i. e. nulli eorum, uti plerumq; sentiunt, vel simplicius **לֵל** ex v. 19. populo illi, qui sc. Deum consulere debebat & Deastros consulit, unde & in seqventibus continuatur singularis) aurora s. illuminatio illa, de qua fusiū agunt Theologi ex 2. Petr. I 19.

DUBIUM



DUBIUM SECUNDUM.

Quomodo Es. XVI. i. vox sit exponenda?

§. 1.

Tot sententias hic videre est, qvot capita. Quidam oculis non satis recte usi videntur. Alioquin certè Syrus pro non legisset כָּרְבָּר. Ita enim veritatem שַׁרְכָּא רַאֲרוֹעָא אַשְׁדָּר לְבָר שְׁלִיטָא רַאֲרוֹעָא super reliquam verò terram mittam filium principis terra. Et cœcutiisse opportet τὸν si eorum prima translatio est, qvam Codices Sixtini, Basilius & Cyrillus exhibent: Mittam ὡς ἐπιπλάνης quasi replitia super terram: unde & Arabs: אֶרְשָׁלָמְתִּל מִתְּלָא כָּרְבָּר דְּבָאָפָּא עַל אֶלְאָרֶץ Casp. Sanctius & Corn. à Lapide b.l. conjectant LXX. pro legisse כָּרְבָּר מַוְשֵׁל אֶרְץ. Ast male legisse testantur omnes Ebræi codices.

§. 2. Qvibus religio est in גְּזָעָמָה תְּוָאָזְבָּעָז, in variastamen scinduntur partes. R. Jona, uti adducunt R. Dav. Kimchir & R. Jac. Abendana b. l. כָּרְבָּר מַוְשֵׁל פִּירְשׁ שְׁלָחוֹ כָּרְבָּר מַוְשֵׁל אֶרְץ מְרוֹב מְרוֹצָתוֹ וְקָלוֹתוֹ וְחַגְעָתוֹ אל הַטְּקוּמוֹת אֲשֶׁר יְכִיֵּן אֱלֹהִים intellexit camelum juniores, qvi vocetur dominator terræ ob excellentiam cursus, velocitatem et facultatem perveniendi ad loca, qvō iendit. Consentit Aben-Esra כָּרְבָּר esse camelum, sed negat ejus esse שלחוכר/ מִין מִמְּנֵי הַגְּמַל שִׁירָוֹת פְּנִירָת הַכְּרִי epitheton: וְחַזְיָה וְשׁ אָוְרִיָּה כִּי מַוְשֵׁל אֶרְץ יְתּוֹאֵר הַכְּרִי בְּעַבוּר שְׁעִסְעִיטָו בָּאָרֶץ גְּדוֹלָה מְכֻל פְּסֻעָה וְהַגְּכוֹן לְהִווֹת כָּרְבָּר סְמֹר כִּי לֹא: יְמִצָּא רַק אֶל הַמַּוְשְׁלִים: כָּרְבָּר e. i. est species camelorum cursu pollens ex 2. Reg. II. 19. Quidam ajunt ejus epitheton esse qvod cursus ejus sit omnium velocissimus in terra, sed כָּרְבָּר potius constructum b. l. videatur, cum vix reperiatur nisi apud magnates. Sed nondum probatum est כָּרְבָּר 2. Reg. II. esse camelos: primores plerique & ceu gregis antesignanos exponunt. Nam qvod alii vocem ex decurta tam ajunt, jejunum videtur.

§. 3. Qvo-

§. 3. Quidam קָרְוִיָּה aliás sunt *arietes*, quidam hic per intelligunt Ducem quando magnatem. Ita R. Sal. ben Melech: בְּנֵי חֶנְדָּר וְהַצְׁוֹלָה רֹךְ הַשְּׁאָלָה כְּמוֹ: Vocatur ita dux & magnas metaphorice, quomodo per eandem metaphoram vocari solent אֲוִילִים עֲתֹרוּם etq; h. l. nomen absolutum. Alii (ut observant Sanctius & C. à Lapide) quibus non infensus est Foreiri, per arietem intelligunt metaphorice machinas bellicas à similitudine arietum dictas, quasi Propheta Moabitas ironice ad pugnam provocet.

§. 4. Sed communiter כָּר interpretantur propriè agnū, vel arietem, quo aliás significatu plurale non semel venit: at de ejus sensu & χέστι ad צָבָא non idem sentiunt. Aliqui enim capiunt צָבָא per oppositionem in Accusativo. Ita LXX. juxta Codd. Compl. aliosque verterunt: Ἀποστελῶ ἄμνον κυριελούτα ḥמָתָלָה γῆ. V. V. Emitte agnum, Domine, Dominatorem terræ. Sed illud Domine in textu non extat, nec est ἀποστελῶ, neque emitte, sed mittite. Ceterum per agnum illum terræ dominatorem plurimi, ut hoc אָנָב אֶרְחָת addamus, Christum intellexere & seqventia de Petra deserti &c. ad Rutham Moabitidem traxere, ex qua Christus nasciturus erat. Conf. post Hieronymum, Lyranus, Carthusianus, Hector Pintus, Casp. Sanctius, C. à Lapide, Tirinus, Menochius, aliqui ve ad hunc locum. Quasi Rutha, quæ dum fatis concesserat, hic demum poscatur mittenda: sed ista Theologis discutienda relinquitur.

§. 5. Alio sensu per appositionem exposuit Sam. Bohilius, dum, referente Magn. D.D. Calovio in AntiGrotio, Regem ipsum per μυκτηρισμὸν vocari arietem putavit h. m. Olim mittebant Moabites ad regem Iuda certum numerum arietum pro recognitione superioritatis: jam monentur hoc μυκτηρισμῷ ut vel ipsum regem Dominatorem Terræ seu arietem mit-

terebant



tant & tentent num gratiam in oculis superioris acquirere possint. Id quod forte longius petitum cuiquam videri queat. B. Lutherus & Arias מושל exponunt in Vocativo, non incommode, nisi diversitas numeri מושל & obstaret, quamquam & haec quodammodo excusari queat. Imò analogia linguae facilius admittit, ut מושל exponas in Vocativo, quam cum Clario, Grotio aliisque in Dative, nam ad vitandam confusionem signo opus esset & h.m. vox כר accentum Dominum posceret, quam Servum habet.

§. 7 Ut nostram sententiam breviter exponamus, כר optimè per agnum collectivè, seqvens autem מושל ארץ per ministrum arctissimè junctum in genitivo, cum Pagnino, Junio, Glassio aliisque transferri videtur, ut sensus sit: Mittite (Moabitæ) agnum seu agnos (nomina enim talia pro specie & individuo sumi possunt) dominatoris terræ i. e. qui dominatoris terræ, καὶ ἐξοχὴ Israeliticæ, sunt vel ipsi jure debentur. Scilicet Moabitæ olim Davidi pro pace & tutela tributarii facti erant 2. Sam. 8. 2. & de certa summa agnorum (כרי מארך אלף à sing. כר) & arietum Regibus Israeliticis usque ad tempora Achabii à Moabitis pensâ narratio luculenta extat 2. Reg. III. 4. seq. Itaque Moabitæ jure tributarii fuissent Ezechiae, licet non esset Rex Israel, tum ut heredi Davidis, tum quod Rex Juda olim cum Rege Israel rebelles Moabitas compescuisset & quasi pro una persona stetisset 2. Reg. 3. v. 7. s. Hinc agni non tam sacrificiales (uti Oleastrius aliquique volunt) quam tributarii nunc poscuntur, idque non sine quadam ironia, quam bene declarasse videtur Henr. Mollerus ad b. l.

§. 8. Consentunt in capite causæ plerique Judæorum, quorum nunc suffragia addere lubet. Raschi ait:

B

אל

אל תחגאו בזאותכם הלא ירעות שמושל הארץ שלכם
 משע מלך מואב במלכיות היה נוקד והшиб למלך ישראל
 מארה אלף כרים שלוח אותו כר המושל שלכם מסלע
 מרברורה אל הר בית ציון *Ne efferatis vos tantopere, anne
 nos tis, quod dominator terra vestra (atqui hoc epitheton ad
 Ezechiam referendum erat) Mesa Rex Moab in libro Regum
 dicatur pecuarius & pependerit regi Israel centena millia agnorum,
 misit istum agnorum numerum dominator vester è petra deserti
 ad montem filie Zion. Luculentius R. David Kimchi :*
 שלחו כר / כלומר אותן כרים ואליהם שהיותם שלוחים למלך
 ישראל למס ומרותם בו היה נוקד לכם לשלוות אותן מס ולן
 באלה אליכם זארת הרעה אם תעשון כן ואם מסלע
 מרברורה שהייא עיר ראש מלכוֹת מואב / ואמר על הר
 בית ציון שהוא ראש מלכוֹת ישר / ואחר שלiae היה
 מלך בשמרון היה נס לשלוח לציון למלך יהודתו /
*Mittite agnum i.e. agnos istos & arietes quos mittere soleba-
 tis Regi Israel pro tributo & deinde rebellastis contra eum, nunc
 tributi loco mittere debetis, quod si feceritis, effugietis immi-
 nens malum. Ait vero : è Petra deserti i.e. metropoli Moabi-
 tidis, & addit : ad montem filie Zion i.e. metropolin regni Israeliti-
 ci, quoniam autem non amplius est rex Samariae, oportet vos mit-
 tere ad Zion regi Iude &c. Accedat doctiss. Abravanel ad b.l.
 f.32.c.3.circamedium : וותר נכוון לפרש שאמר למואב למלך :
 התגאו דמוניים הלא ירעתם שמושל הארץ שלכם
 הוו נוקד והшиб למלך ישראל מארה אלף כרים בכל
 שנרה ומפני שהתגברותם והתגאותם בעצמיכם מרותם
 במלך ישראל ולא נתהם לו מס ועתה שבאה עלייכם
 השפלהות תהרו לשubarכם ואפ' שאין עוה מלך ישראל
 שלחו אותו כר למושל הארץ יהודתו שהיא חזקיהו מסלע
 מרברורה שהיא ראש מלכוֹת ארט אל הר ציון שהוֹת
 ראש*

רַאשׁ מֶלֶךְ / יְהוֹרָה וְתֵהָוּ נִכְנָעִים אֱלֹהִים . Melius ita exponas, quod dicat Propheta ad Moabitas : Quid effertis vos, ô Moabites, nonne nostis, quod Dominus terra vestra sit pecorum dives & solitus pendere Regi Israel centena milia agnorum quotannis, sed quoniam iuvaluistis & extulisti vos, factum, ut rebellaretis contra eum vestram sponte nec daretis ipsi tributum, at jam dum rursus humiliamini, redeatis ad obsequia vestra, & licet non extet amplius Rex Israel, mittite agnos illos Domino terra Juda, Hiskiae, è Petra deserti metropoli Aram ad montem Zion metropolin Iude & submittite vos ipsi. Conferatur & Abendana, qvi ad b. l. R. Josephi Kimchii vestigia legit. Denique cuivis patet aditus ad interpretes Christianos ὥμοψις Brentium, Osiandrum, Clarium, Mollerum, Junium, Calvinum, Piscatorem, Grotium aliosqve. V. & Glassius Phil. sacr. p. 1165. & Sixt. Amama Antib. Bibl. l. 4. p. 666. f.

DUBIUM TERTIUM.

Unde אריאל Es. XXIX. 1. dicatur ?

§. 1. Vox leo ex אריאַל אל Deus est composita. Bis nim. 2. Sam. XXII. 20. & 1. Par. XL. 22. de leonibus usurpatur. Dicitur enim Benaja filius Jojada percussisse, ארץ שני אריאל מוֹאָב duos Ariel Moab, & mox alium leonem in cisterna tempore nivis, ubi alias leones famelici & ferociores, ut Petrus Martyr monet. Jonathan explicat duos heros Moab, q.d. Leonino animo praeditos. Consentunt Raschi ad 1. Par. II. Kimchi ad 1. utrumq. Sal. ben Melech ad 2. Sam. 23. ait: כנְהַגְנּוֹלִים : כִּי־הָרִיאַל גָּדוֹל וְגָבוֹר וְחֹזֵק בְּחַיוֹת וּכְן מֶלֶךְ אֶל הַוֹּצֵא לְשׁוֹן תֻּקְפָּה וְחוֹזֵק כְּמוֹ יְשָׁלָאֵל יוֹרֵד לְפִיכְךָ הָרָכְבָּה הַמְלֹהָה מָאוֹר וּמְאַלְגָּנוֹס & fortes Ariel ; leo enim est magnus, fortis & robustus

inter animantia, **אָלֵךְ** vox itidem notat fortitudinem & robur, ut Gen. 31. 29. Itaq^z vox ex **אָרִי** conflata est. Alii censent inferre duas munitissimas arces. Ira R. Levi ben Gersom ad 2. Sam. 23. הנה המג'רל החזק יקרא **אָרִיאֵל** שנשׁוּ אֶרְדָּאֵל Arual ולוֹזֵחַ נקרא ביראַת המקדש אריאל והרצון בו שהוא הכה אנשי המג'רל / החזקי / חהסּ שהיו במוֹאָב ותְּמִלְתָּה מורכברת מארי ומאל וענינו ארי תקופ כי הארוי הוֹא רב הנבורה ואפשר גם כן שהוֹרָה בהם צורמת אריה Arx munita vocatur Ariel, unde & templum Ariel dicitur. Innuitur verò hic, quod Benaja eos occiderit, qui munitas illas arces Moabiticas tenebant. Vox est composita ex **אָרִי** **אָלֵךְ** venitq^z exponenda: Leo fortis, leo enim fortitudine excellit. Potest & fieri, ut in arcibus illis depicta fuerit figura leonis in fortitudinis symbolum. Verum **שְׁנֵי אֲרִיאָל** hic duo immanes leones sunt, nec causa est, cur à propria significatione recedamus, maximè cum è vestigio de alio leone cæso subjiciatur narratio. Qvum autem **אָלֵךְ** in tali compositione non adjективum fortis, sed nomen DEI esse soleat, non absurdè vertes leones DEI i.e. omnium fortissimos & testes potentiae creatoris.

§. 2. Alias **אֲרִיאָל** (unde & aram dici nimis patienter credit Greg. Francus Lex. S. p. 352.) Ezech. XLIII. 15, 16. de altari Ezechieli vel saltem ejus summà parte adhiberi certum est. Ubi solliciti sunt interpretes, qvare altare dicatur **אֲרִיאָל**. Qvod B. Hieronymus notavit **אֲרִיאָל** (אֲרִיאָל) illuminationem DEI significare posse, id analogia lingvæ non patitur. Elumbe autem est, qvod præunte Ariâ C. à Lapide in Es. p. 260. & in Ezech. p. 1226. inter alia exponit maledictionis Arietem, qvod in altari arietes pro maledictione offerrentur &c. κατὰ ῥῆτον **אֲרִיאָל** leonem DEI sonat. Rationem è veteribus hanc red-

reddunt Raschi ad Ez. 29.7. Kimchi ad Ezech. 43. R. Saḥ
ben Melech ad locum utrumq; Abravanel ad Ezech. f. 213.c. 4.
לכיו שהأشתקרו שה חווורה מן הטעום הולח רבוצת בז
כך quod ignis sacer cælitus delapsus in illo recubuerit instar
Leonis. Coeterum de igne sacro hæc tradunt Talmudici
וזאת רברם נאמרו באש של ז'oma c. 1. in fine f. 21. c. 2. מרכז רבוצת כארו וברה כחמתה ושבה ממש ואוכלת
לחין כיבשין וainerin מעלה עשן רבוצת כארו זהתニア
אמר ר' חנינח סנ' הכהנים אני ראותה ורבוצת ככלב
זולץ קשיין. כאן במקרא ראשון כאן במקרא שני Quid
res dicuntur de igne stratis lignorum (in altari:) Recubabat siec
leo, purus erat instar solis, continebat aliquid solidi, consumebat
bumida pariter & arida, deniq; nullum emittebat fumum. Post
pauca: Quomodo dicitur Recubuisse sicut leo? Annon traditio
extat, quod R. Chanina antistes sacerdotum dixerit: Vidi eum
cubantem instar canis? Sed id facile solvitur. Illud (de leo-
ne) intelligendum est de templo primo, hoc (de cane) de templo
secundo. In Capthor vapherach f. 70.2. ex libro Torat ha-
tab p. 3. c. 2. ista analogia ignis sacri ad leonem & canem
non è forma, sed constitutione æstimatur, & dicitur,
quod in templo primo, ubi multi viri pietate excellen-
tes fuerint, היהת רבוצת כארו חרודס ואוכל ומוציא מצויה
cubuerit ignis instar leonis discerpentis, devorantis & alimento
abundantis, in templo vero secundo, seculo piorum mi-
nus fertili, cubuerit בָּל רלה ועניהם מזונותיה instar
canis i.e. tenuis & alimenti indigus. Conf. CL. Buxtorffius
Exerc. ad Hist. ignis sacri c. 2. p. 245. Villalpandus inter alia
rationem hujus appellationis captat è sculptruris Cheru-
binorum adeoque partim, ex hypothesi ipsius, leonis,
circum altare, & quod leonina crura pro pedibus habe-
ret. Corn. à Lapide ad Ez. p. 1226. causam reddit, quod

Deus in altari ceu leo excubaret ad tutelam suæ urbis & gentis. Oecolampadius *ad Es. 29.* hanc dat inter leonem & altare analogiam: sicut leoni mane & vesperi datur agnus vel vitulus, ita & in altari manè & vesperi offeretur agnus. Nobis videtur leoni altare holocaustum conferri commodè posse, quod instar immanis leonis devorantis prædam, absumeret victimas innumeratas, earumque sanguine maderet. Cum verò hoc fieret ex divino instituto, hinc אָרַי אֶל Leo Dei dicebatur. Qui adjectione רְאֵל excellentiam innui dicunt, ferendi sunt, si non περιττός, sed ἐπομένως intelligant. Conf. Lyranus, Brentius, Vatablus, Sanctius, Osiander, Junius, Piscator, Vinar. Belgæ aliique ad *Ez. 29.* Glassius *Pbil. S. p. 1277.*

§. 3. Devenimus nunc ad locum *Ez. XXIX. 1.* ubi allii pro altari, alii pro templo, alii pro urbe accipiunt. Pro altari Jonathan, qui transfert: מִרְבְּחָתָן מִרְבְּחָתָן רְבָנִי בְּקָרְבָּתָן דִּישְׁרָאֵל בְּתָהָר וּדְבָרָה וְaltari adificato in urbe, in qua habitavit David &c. Pro templo Talmudici (quorum sententiam non improbant Raschi & Kimchi b. l.) qui hanc suppeditant rationem in *Middot. cap. 4.* *Mishn.* והיכל צר מאחוריו ורוחב מלפניו ורומח לאריו שנאמר הוי אריא קריota חנה דוד מטה האריו צר מאחוריו ורוחב מלפניו אף ההיכל צר מאחוריו ורוחב מלפניו. *Templum erat Angustius à posteriori, sed latius ab anteriori referebat ḡ, leonis figuram, uti dicitur: Væ Ariel Ariel &c. Quid modo se habet leo? Est arctior s. gracilior à posteriori & latior ab anteriori, ita & templum.* Conf. Villalpandus *T. 2. p. 298.* licet non desint, qui istam templi faciem negent, ut monet L' Empereur ad *Middot p. 168.* Alias plerique pro urbe capiunt, nec tamen consentiunt, cur illa אָרַי dicatur? Quidam, referente Glassio pag. 980. sic dici volunt, quod ad tribum Juda ex parte pertineret, cuius insigne leo censetur ex *Gen. 49. 9.*

Aben



אֵל אָמְרוּ שָׁנְקָרָתִים כֵּן בַּעֲבוּר שְׂטוֹלָה אַרְיוֹן
qvosdam velle, urbem sic vocari, qvode jus sidus esset leo, sed ad-
dit hoc longè petitum seu alienum esse. Muscu-
lus b. l. ita Jerusalem vocari ait, qvod ferox fuerit adversus
Deum ו' prophetas illius qvos truculenter occidit, perinde ac si
leo agnum inveniat in deserto: q. d. non es עַרְיוֹן urbs DEI,
ut videri vis, sed אַרְיוֹן leo DEI &c. B. Lutherus T. 3. Gen.
Lat. f. 356. ad b. l. eleganter notat Jerusalem antē fuisse
ארְיוֹן Leonem DEI activè i. e. vincentem per Deum,
nunc, dici passivè & objectivè leonem DEI i. e. oppugnan-
dum & vincendum à DEO.

§. 4. Veruntamen citra aliorum præjudicium ab al-
tari, à quo præcipuam excellentiam habebat, & nomen
immediatè adeptam urbem putamus. Non malè Abra-
vanel b. l. f. 47. c. 1. circa med. וְקָרֵב אֶת יִשְׂרָאֵל אַרְיוֹן
שהוא שם המזבח וכן קראחו וחווקאל ומהאריאל ומעלה לפל
שהיה ירושלים בקדושתו במזבח (Exerc. p. 244.) legit & sensum turbat
בחוותו עם אלהיו ולכן אמר כנראה קריות חנה דוד כי הוא
עַבְדָ אֶתְה / Appellat Israelitas Ariel,
qvod est nomen altaris, qvod ita vocavit Ezechiel c. 43. Nam Je-
rusalem per altare Domini vigebat in sanctitate sua ו' erat forti-
tudine ו' potentia suâ leo, dum adhæreret Deo. Et hoc respectu
additur: Urbs ubi castra metatus est David, hic enim to-
to pectore Deum coluit. Hinc, qvod v. 2. dicitur לְיַהְוֵד אַרְיוֹן
Et erit sc. Ariel mibi sicut Ariel, ita capiendum est:
Urbs, qvæ ab altari nomen gerit, ipsi reverè reddetur
similis, dum non minus hominum sangvine madebit,
qvam altare victimarum. Conf. v. 6. ו' Recte Jonathan
ואעיר לקרתת רם רבבה כה ותהי צדקה: Φεύγεις
וירקניא ותהי מכפיה קומי רם קטילין כאקפורת מרבבה
רַם נְכָסָת קָרְשִׁיא בְּיוֹס / דְּחַנָּא סְחוּר סְחוּר

Et



Et coangustabo civitatem in qua est altare & erit vastata & in-
anis, & circumdabitur coram me sanguine occisorum, sicut cir-
cumdatur altare sanguine sacrificiorum die festo circum circa.
Nec male sensum declarat R. Sal. ben Melech b. l. אנו
עשנץ את העיר כמו המזבח שורקין עליו הרם כז היה
כל העיר מלאה רם שורהנו אורם בשוקוט וברוחבורה
זהו שאמור והותח לי כאריאל Egofaciam hanc urbem sicut ab-
tare, quod conspergunt sanguine, ita & tota urbs plena erit san-
guine, occident enim eos in vicis & plateis: hoc est quod ait:
Et erit mihi sicut Ariel. Tantum est.

ADDITIONA.

I. טומפורה Exod. XIII. 16. Deut. VI. 8. & c. XI. 18. Talmu-
dici Sanhedr. f. 42. Menach. f. 34. Raschi aliique compo-
nunt ex ט & פָרָג, quorum illud in Europa hoc in Afri-
ca significet duo (unde Judæi extruunt quatuor domuncu-
las seu cellulas suorum שדראש הפלין) R. Menachem
ap. Raschium deducit ex נטף stillavit seu prophetavit, ut
notetur רבור: Schindlerus à טפה plaudere: Munsterus in
Ex. 13. & Mayerus Phil. S. I. p. 129. vocem ajunt Ægyptiam
esse & vertendam per טראור conspicilia: sed rectius ety-
mon repetitur ex Arabismo, ubi טף est circumdedic, unde
& Chaldaum טומפה Tiara, Armilla, ut sensus sit: Et e-
rit sc. ritus azymorum, immo tota lex Deut. 6. 8. veluti si-
gnum seu sigillum in manu tua, ad perpetuam memoriam,
ut Es. 49. v. 13. & sicut tiara, seu ornamenta capitis, quae in
fronte gestas, versetur semper ante oculos tuos.

II. פְרַתְמִינָה Dan. 1. 3. Est. 1. 3. quidam corruptum cen-
sent ex ωδημοι i. e. ὄμόπυοι, qui Curtio cognati Regis,
Xenophonti συγγενεῖς τε βασιλέως sint: Junius deducit ē
Gr. ωδημοι, cui astipulatur Mayerus Phil. S. P. II. p. 188. Alii
à פְרַת, quod tractus circa Euphratem capitanei essent,
ut

ut Schindlerus ait. Non mala est conjectura Hottingeri Smegm. Or. p. 77. derivantis פָּרָתָם ex Pers. בָּאֵר par altus, magnus, & יְדָה Spiritus quasi heroas magnimos dicas.

III. Májoi, Matth. II, 1. non dicuntur à Gr. μέγας, qvod sc. μέγαλοι dicent: nec à μεγάλος tripus (juxta qvosdam ap. Lud. de Dieu ad b. I. p. 3.) nec (ut Salmasius conjecit) à Μωχός cognomine Zoroastris, unde sōphum qvendam Μωχόν celebrem narrant: neqve à Magog, juxta Cedrenum: Nec ab Ebr. מעוז robur, nec ex מהן quasi innuit, juxta D. de pomis ap. L. de Dieu in acta p. 123. neqve à כוֹשׁ seu curtis auribus primi autoris sectæ, teste AlFiruzabadio: sed à r. Arabica gjasasa, شمشون, gjassa, exploravit, exquisivit, qvod rerum divinarum & naturalium scrutinio vacarent. Conf. L. de Dieu l.c. & App. p. 506. Pokokius ad Abulfar. p. 146. Hottingerus Hist. Creat. p. 132.

IV. Libertinorum nomen Act. VI, 9. Ægyptum esse quidam censem à nomine Lubra, qvod Synagogam editiore loco sitam notet, unde Lubratenu sint ad Synagogam Ægyptiam pertinentes. Ita Junius ad Gen. 8. & Act. 6. cuius fundamenta de ὅμβαρη ω Lubar examinavit Fullerus Misc. I. 2. c. 1. Dieu putat rem facile expediri posse, si καὶ seqvens non attendatur, qvod non fecisse Syrum notat. Tum innui qvosvis Libertinos Judæos, qvorum subjiciantur specialia nomina. At καὶ tolli non posse recte vir doctissimus fatetur. Per Libertinos itaq; rectius intelligas, qvi à Romanis manumisssi erant & patriam repeatentis habebant Collegium suum juxta alios. Recensentur autem ut natio, qvia Romana civitas appellatione

Libertinorum supponitur. Conf. J. Selde-
nius de J. N. & G. l. 2. c. 5.

SOLI DEO GLORIA.

C

Dum

Dum cupis implexos Esaiæ evolvere nodos,
Arduus ut labor est, sic honor amplius erit.
Johannes Meisnerus D.

Quae SCHRÖDERE tuis buc usq; laboribus auges-
Pignora, cum verno flore virere parant:
En raro fructus! Oriens Tibi cantulit illas;
Conferat hic opera munera magna Tuæ!

Id quod dñm aegdios comprecabatur
Inqvlino suo per dilecto
Christianus Trentschius,
P. P.

SCHRÖDERE, Lingvarum artibus Sapientia,
Scientiam dum jungis, optimè facis;
Ne barbarus tandem Philosophus, aut fœs
Ineruditè doctus. Olim proderit
Didicisse Lingvas, quando sedulâ manu
Divina versabis salutis dogmata.
Præstantissimo Dn. Respondenti, Auditori
atq; Amico dilectissimo fac. raptim
Balthasar Stolbergius,
Gracar. Lit. Prof. P.

Est hodie studium Lingvarum vilius alga,
Pristina barbaries sic sensim redditur orbi.
Quævis meliore luto finxit præcordia Titan,
Sunt numero exigui, tandem vix sunt totidem quod
Thebarum portæ vel divitis ostia Nili.
Hos inter nostri non ultima portio Pindi
Censeris SCHRÖDERE, manent Te præmia mille.

Bona sc̄e vae sc̄.
Augustus Pfeiffer/LL.Or.P.P.Extr.

Ung. VI 14



56

1028
1017 I



Farkarte #13

B.I.G.

Black

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



PHILOLOGI
M
AIA
ORUM
AS,
PICTE,
ultatis Philosophicæ
ate Wittebergensi,
DE
io ac Excellentissimo
PFEIFFERO,
n Prof. P. Extraord.
ssimo,
re omni observantia
vendo
ioni exponet
riliis
o Maj.
HRÖDERUS,
ENSIS.
CHAE LIS, Wendt/
C. LXX.

29 ee) 31.
28